

N. Jac. (= N*).

post multum de morte illius pontificis, surrexit iratus, invitavit amicos, conduxit parentes, precepit fidelibus, per prolixa tempora movit prelia, totam urbem Narniensem circumvallavit, et dira excitata sunt bella, infecta¹ civitas funditus² in lamentum est versa³. Per muros clamabant sacerdotes, vociferabant senes, eiulabant coniugati, dicebant hostibus: 'Quare hoc⁴ agitis? Cur hanc cedem perpetratis⁵? Offensi sumus Deo, vobis enim nihil⁶ culpavimus. Date, rogamus, cladibus finem'. Ille etiam iurando⁷ dicebat: 'Quia si mihi vita comes fuerit, non relinquam huius civitatis⁸ lapidem super lapidem, et cunctos habitatores exules dimittam'. Tunc omnes munierunt civitatem, et conglobati sunt omnes, defensorem⁹ sibi promittentes, et unanimiter pugnabant clamantes et dicentes: 'O sanctissime Iuvenalis, pro tua caterva intercedere digneris, ut non destruat nostra urbs ab his hostibus crudeliter dimicantibus'.

L.

multum de morte illius pontificis¹, surrexit iratus, invitavit amicos, conduxit parentes, precepit fidelibus, per prolixa tempora movit prelia, totam urbem Narniensem circumvallavit, et dura excitata sunt bella, infecta civitas funditus in lamentum est versa². Per muros clamabant³ sacerdotes, vociferabant senes, eiulabant³ coniugati, dicebant hostibus: 'Quare hoc agitis? Cur hanc cedem perpetratis? Offensi sumus Deo, vobis enim in nullo culpabiles sumus. Date, rogamus, cladibus finem'. Ille autem iurando dicebat: 'Quia si michi vita comes⁴ fuerit, non relinquam huic civitati lapidem super lapidem⁵, et cunctos habitatores eius exules dimitto. Tunc cives haec audientes munierunt civitatem, et omnes conglobati sunt⁶, defensari sibi promittentes, et unanimiter pugnabant clamantes et dicentes: 'Sanctissime Iuvenalis, pro tua caterva intercedere digneris, ut non desoletur

1) 'infesta' N Die hier mit N bezeichneten Abweichungen können auch Aenderungen der Bollandisten für den Druck sein. 2) 'funditur' N. 3) 'universa' statt 'est versa' N. 4) 'haec' N. 5) 'patratis' N. 6) So N; 'non' Jac. 7) 'iureiurando' N. 8) So N; 'huius civitatis' fehlt Jac. 9) So N; 'defensores' Jac.

1) Des Papstes. 2) Vgl. 1. Mach. 9, 41: 'et conversae sunt nuptiae in luctum et vox musicorum ipsorum in lamentum' 3) Vgl. z. B. Job 35, 9; Jer. 48, 31; Ezech. 27, 30. Aehnliche Ausdrücke finden sich in c. 8. 4) z. B. Gen. 18, 10. 14: 'vita comite' 5) Matth. 24, 2: 'non relinquetur hic lapis super lapidem'; Marc. 13, 2; Luc. 19, 44. 21, 6. 6) Vgl. 2. Reg. 2, 25: 'Congregatique sunt filii Benjamin ad Abner et conglobati in unum cuneum'.